INCIPIT LIB GENESEOS.

IN PRINCIPIO CREAVIT DS CAELŪ ET TERRĀ. TERRA AUTEM ERAT INANIS ET VACUA. ET TENEBRAE SUPER FACIEM ABYSSI. ET SPS DI FEREBATUR SUPER AQUAS.

II DIXITQUE DS. FIAT LUX. ET FACTA Ē LUX. ET UIDIT DS LUCEM QUOD ESSET BONA. ET DIUISIT DS LUCEM A TENEBRIS APPELLAUITQ: LUCEM DIEM. ET TENEBRAS NOCTĒ. FACTUMQ: EST UESPERE ET MANE DIES UNUS. DIXITQUOQ: DS. FIAT FIRMAMENTUM IN MEDIO AQUARŪ. ET DIUIDAT AQUAS AB AQUIS. ET FECIT DS FIRMAMTŪ DIUISITQ: AQUAS QUAE ERANT sub firmamento ab his quae erant super firmamentū. et factum ē ita. Uocauitq: ds firmamentū caelum. et factum ē uespere et mane dies secundus.

III Dixit uero ds. congregentur aquae quae sub caelo sunt in locum unum. et appareat arida. Factumq: ē ita. Et uocauit ds aridā terrā. congregationesq: aquarū appellauit maria. et uidit ds quod eēt bonū et ait. Germinet terra herbam uirentē et facientē semen. et lignum pomiferū faciens fructū iuxta genus suū. Cuius semen in semet ipso sit super terrā. Et factum ē ita et protulit terra herbam uirentē et ferentē semen iuxta genus suū. Lignumq: faciens fructum et habens unumquodq: semen secundū speciē suā. Et uidit ds quod eēt bonum. factūq: ē uespere et mane dies tertius.

IIII Dixit autem ds. fiant luminaria in firmamento caeli. Ut diuidant diem et noctē et sint in signa et tempora et dies et annos et luceant in firmamento caeli. et inluminant terrā. Et factum ē ita. fecitq: ds duo magna luminaria. Luminare maius ut p̄ eēt diei. Et luminare minus. ut p̄ eēt nocti. et stellas et posuit eas ds in firmamento caeli. ut lucerent super terrā. et p̄essent diei ac nocti. et diuiderent lucem ac tenebris. Et uidit ds q̄d esset bonū. et factū ē. uespere et mane dies quartus.

V DIXIT ETIAM DS PRODUCANT aquae reptilia animae uiuentis et uolatile super terrā sub firmamento caeli. Creauitq: ds cete grandia et omnē animā uiuentē atq: motabilem quam produxerant aquae in species suas. et omne uolatile secundū genus suū. Et uidit ds quod eēt bonū. benedixitq: eis dicens. Crescite et multiplicamini et replete aquas maris. auesq: multiplicentur super terrā. et factū ē uespere et mane dies quintus.

VI DIXIT QUOQ: DS. PRODUCAT terra animā uiuentē in genere suo. iumenta et reptilia et bestias terrae secundū species suas. factumq: ē ita. Et fecit ds bestias terrae iuxta species suas. et iumenta et omne reptile terrae in genere suo. Et uidit ds quod eēt bonū et ait. faciamus hominē ad imaginem et similitudinem nrām. et p̄sit piscib: maris et uolatilib: caeli et bestiis uniuersęq: creaturae. Omniq: reptili quod mouetur in terra. Et creauit ds hominē ad imaginē suā. ad imaginem dī creauit illū. masculū et feminam creauit eos. Benedixitq: illis ds et ait. Crescite et multiplicamini et replete terrā. et subicite eā. et dominamini piscib: maris et uolatilib: caeli: et uniuersis animantib: quae mouentur super terrā. Dixitq: ds. ecce dedi uobis omnem herbam afferentē semen super terrā. et uniuersa ligna quae habent in semet ipsis sementē generis sui. Ut sint uobis in escam et cunctis animantib: terrae. omniq: uolucri caeli. et uniuersis quae mouentur in terra. et in quib: ē anima uiuens. ut habeant ad uescendū. et factū ē ita. Uiditq: ds cuncta quae fecit. et erant ualde bona. et factū est uespere et mane dies sextus.

VII IGITUR PERFECTI SUNT CAELI et terra. et omnis ornatus eorū. Compleuitq: ds die septimo opus suum quod fecerat. et requieuit die septimo ab omnib: opere quod patrarat. Et benedixit diei septimo et sanctificauit illum. quia in ipso cessauerat ab

circa **A. D. 800. — The Zurich Bible of Alcvin. Caroline minuscules.**

Zurich, Kantonsbibliothek, C 1, fol. 6.